imperatus ꝛ verillum in arce positum. Interdū pro magno Uñ dicimus iustā rem: hoc est magnā quēadmodū vt bonā partē ꝛ iustā partē: magnā partē. Et bñ doctus valde doctꝰ Ply. Opere iusto tēporꝝ nostrorꝝ historiā ozfi. Sic iustū plū iustū exercitū historici dicūt magnum. Asco. Justas inimicitias p magnas apud Lice. exposuit. Interdū p vero. Unde apud iurisc̄sultos. Qui filū adoptat interrogat an velit eū quē adoptat iustū sibi filiū esse. i. vez filiū. A iustis fit cōpositum iniustus: qui contra ius facit: ꝛ qui iustaꝫ magnitudinē excedit. Uirg. Iniusto sub fasce viandum carpit.

Iustitia. inḡt Li. est habitus aī cōi vtilitate seruata suā cuiqꝫ tribuens dignitatē. Differt āt iustitia a iudicio ꝛ ab eḡtate: qrvt docet Piero. iusticia actio recta. Judiciū discretio boni ꝛ mali eḡtas rectitudo mētis itelligitē. Justitia ē i bis q̄ fm regulā veritatis bñ operant: iudiciū nullis q̄ recta descriptiōe cū primis agimus eḡtas in eo cū sincera intētiōe deo soli i bis quę recte gerimus vel iudicamus placere contendimus.

Iusta. sacrificia quę mortuis ꝑpendunt: qꝫ iure fierent bis qui de nobis viuentes bene meriti fuerāt. Sal. in iug. More regio iusta magnifice fecerant. Ouid. Banc quia iusta ferūt di xere faralia lucem. Col. lib. vj. Hoc condimento illectę pecudes fortius iusta cibariorum conficient.

Iusculum. siue iusculum. cibarium liquidius quod constat vitellis ouorum: omphatio iure pingui croco ꝛ cynnamo.

Iurulētus. a. um. qō ē iuris plenū. Lor. Celsus. Tū res eadē magis alit iurulēta q̄ assa: magis assa q̄ fixa. Uar. Ubi pultem aut iurulēti q̄d ponebāt a capiēdo catinū noīarūt. Apul. vō i magię apol. Jussulētū nō iurulētū formauit sic de ennio dicēs: oīdit q̄liter q̄sqꝫ pisciū assius aut iussulētus optie sapiat.

Iuuo. as. iuui. iutū. opē fero. Lac. lib. v. Si eloquētiā si virtutez ingenij: diuinarūqꝫ rez doctrina iuuasset. Dine iuuēcus ꝛ iumētū. Interdū iuuare est delectare. Uirg. Juuat arua videre. Huius cōpositus est. Adiuuo qō est iuxta vel valde iuuo. Pier. Orationū itaqꝫ vestraꝝ adiutus auxilio. Dic fit aliud cōpositū Coadiuuo. Frequentatiuū ē iuto. as. a quo aduto Ter. in an. At te adiutare oportet adolescentuli causam.

Iuuamen: iuuatio: ꝛ iuuamentū. idē significant. f. auxilium.

Iuuencus ꝛ iuuēca nō tñ de boue: sꝫ de boīe quoqꝫ iuuene intelligunt. Uñ fit per diminutionē iuuenculus ꝛ iuuencula. Hor. Te suis matres metuūt iuuencis: te seues proci miserę qꝫ nuper virgines nuptę. Ouid. Haia iuuenca venit.

Iuuenis a iuuādo qꝫ ea ętas maxīe fit apta ad laborē tolerāduꝫ Et a iurisc̄sultis iuuenes dīr q̄ a adolescētiū excesserunt ętatē quoad icipiāt iter seniores numerari. Dinc formaī cōparatiuū iunior. Col. tñ dixit. Juueniori examini solet accidere

Iuuenile adiectiuū. fit qō ē iuuenis: vt ętas iuuenilis: a quo iuueniliter aduerbiū qō est more iuuenuꝫ. Li. in cato. Et annibalem iuueniliter exultantem patientia sua molliebat.

Iuuenilis ēt adiectiuū a iuuene Ply. Sulpitius galla iuuenalē famam apud principē popinaꝝ penis aucuparet iuuenalem appellauit diē quasi a iuuenili ętate peculiariter celebrandū Sueto. de cali. Adiecit diem saturnalibus appellauitqꝫ iuuenalem. Est ꝛ iuuenalis nomen proprium.

Iuuenalia: erāt ludi q̄pro salute iuuenū celebrabant Sidonius Jam vō iuuenalibus peractis quē te p̄bueris sequēte in quo chartis posteriorib⁹ loquemur. Erāt ꝛ solemne iuuenalia cum dianę simulacra ꝛ imagunculę dicebantur.

Iuuentus ętas iuuenilis. q̄ ꝛ iuuenilitas ꝛ iuuēta dr. Sal. Jbiqꝫ iuuentutē suā exercuit. Aliqñ fit multitudinē iuuenū. Ser. Sulpicius. Licitū est tibi credo pro tua dignitate ex hac iuuētute generū eligere. Aliqñ ponit pro dea quę p̄esse putabatur huic ętati. Dęc est hebe iunonis filia ꝛ Herculis vxor: q̄ etiā iuuentas a nōnullis dr: quēadmodū libertas.

Iuuenesco. iuuenis fio. Lactan. lib. vij. Deniqꝫ confirmatis viribus cepisset iuuenescere.

Iuxta: qñ ꝑpositio est: sp seperat ꝛ significat apud: ppe. Uirg. lib. iij. Humilis volat equora iuxta. Plau. Juxta te sum: tu pie tuearis opz. Aliqñ fit fil' nuictim. Uar. de vi. pa. Cū interea lucubrādo faceret iuxta ancillas lanā. i. fil' cum ancillis

Qñ vō aduerbium significat ęque similiter: eodē mō. Plau. dixi tibi mater: iuxta mecuꝫ rem tenes. i. ęque mecum. Sal. in iug. Dyemē atqꝫ ętatem iuxta pati.

Iuxtim aduerbium significat ppe. Sue. in Tibe. Magistratibꝰ p tribunali cognoscētibꝰ plerūqꝫ se offerebat consiliarium: assidebatqꝫ iuxtim vel ex aduerso in parte primoꝝ.

Ixion nomen proprium fratris phlegię. Ixion auis deuulturis genere alba ꝛ minor vulture. Suidas ἰξος ωχρωτατις εις αγευσιν ωτηνωμι.

Yrieleison. i. dñe miserere sunt duę dictiones Nā κυριος ωκυριε in vocatiuo. i. o dñe: sed p k sonus grecus est. pnūciādus: qō per c latini nō potuerūt. tō in abecedario k inseruerunt necessitate: altera pars est verbuꝫ ελεεω και κανονηζεται ουτως μελλον ελεησω αυριζος δλεησα καϊ ωρος ακτικως ελεεησον ελεησατω ß ne tot vocaliū fiat collisio: excludit ꝛ p apostrophon dr κυρι ꝛ ελεησον: et iō sacerdotes ad missam debēt pnunciare per k grecū: ꝛ nō per c latinū: ne maiestati diuinę derogent: qō si ante principem seculi facerent: quanto infinitius ante deū: quē tangentes deberent vsqꝫ ad vngues pedum contremiscere.



Labor opera defatigatio. Uir. Nec me labor iste grauabit. Dr etiam labos: sicut lepos: arbos: honos. Laboro as. pe. pro. fatigor ꝛ cū labore ago. Sene. Jugiter fodiendo laborat. Iñ ꝛ p translationē laborare p male bēre sumitur pp qō laborare febre: laborare podagra dicimꝰ Ply. Succus eius podagra laborantibus pdest. Aliqñ p angi ꝛ sollicitū eē. Li. D. bruto. Senatū pplmqꝫ ro. de te laborare non solū salutis suę cā: sꝫ ēt dignitatis tuę. Aliqñ pro conari sicut eius cōpositū. Elaboro. Aliqñ p cōponere colere. Uirg. Arte laboratę vestes. i. compositę. Et laborantus ager dr cultus. Huius cōposita sūt elaboro: qō figt conor. Li. Nihil mihi ita elaborādū ē: q̄ vt filia nemo itelligat. Illaboro labore vaco. vñ illaboratū qō ita secernit ab ielaboratū: qꝫ ielaboratū dr qō nō satis artificio excultū est. Illaborātū vō qō sine labore factū vr: illud vitio dari solet: hoc laudi. Quintil. de Lic. Cum interim hęc oīa quę vir singula q̄sq̄ itentissima cura conseq̄ posset fluūt illaborata: ꝛ illa qua nihil pulchrius auditu oratio est pręfert tam felicissimam facultatem.

Laboriosus hō dr laboris sustinēs. Li. pro Celio. Uos laboriosos existimet q̄bus ociosis nec in cōi quidē ocio liceat eē. Laboriosus ager in quo laborat: qꝫ in eo laborē capiamus necesse est. Cecil. Durum rus fugite laboriosum. Laboriosum opus difficile: ꝛ qō nō sine labore perficit. Dinc laboriosior simus. Et aduerbiū laboriosissime. qō est cū maximo labore. Piero. Sic plato egyptum laboriosissime peragrauit.

Laborię. ar. Italię pars illa q̄ vulgo. Terra laboris dr. Et laborinus cāpus nobilis in cāpania: in quo adeo pinguis terra ē vt stipulā tātę crassitudinis faciat qꝫ ea icolę p lignū vtant: sic dictus qꝫ igens labor fit in eo colēdo q̄ppe solum bēat arduū ope difficile cultu bonis suis. Ply. li. xviij. Quantū autē vnuersas terras cāpus cāpanus añcedit tñ ipsuꝫ pars eius quę laborię vocantur. Finiunt laborię via ab vtroqꝫ latere ꝺsulari quę a puteolis ꝛ quę a cumis capuam ducunt.

Labo. as. ruo. ꝛ repente cado. Trāslatio ab arbore succisa quę multis ferri ictibus succisa tandē incipit in casuꝫ ruinamqꝫ minitari. Ouid. li. xj. me. Jāqꝫ labant cunei ꝑpulataqꝫ tegmina cęre. Uirg. labat ariete crebro ianua.

Labasco. is. labās fio. Ter. in eu. Labascit. victus vno vbo q̄s cito. Reperit ꝛ labascor deponēs p primitiuo. Uar. li. rer. di. Postq̄ vidi minima labasci mentē infirmā populi.

Labor eris. lapsus figt leniter sensimqꝫ deorsuꝫ eo. ruo. deficio morior. fallor. Li. nō q̄si vnū ex hac vrbe missum: sꝫ q̄si de cęlo delapsum in hanc vrbem intuent. Lact. lib. vj. Aut hostili

aliquo impetu diruuntur: aut certe vetustate ipsa dissoluta labunt. Piero. Multi pp ignorantiã hystorię labunt errore Liui. li. j. Labẽte deide paulatim disciplina. i. deficiẽte. Labi ẽt dicũt di q̃ i lubrico figẽtes vestigia i terra ruũt. vñ lapsus huius cõposita sũt. Allabor. Collabor. Dulabor deorsum labor. Dilabor. Ellabor. Illabor. Introlabor. Col. lib. ij. Ne pclu dat humoris illapsus atq; exitus. Inter labor i medio labor Przelabor añ labor. Col. lib. xij. Przelabentis vo tẽporis fuga q̃ fit irreperabilis quis dubitet? Prolabor: vltra labor. Lac. lib. vij. Hinc ẽt plapsi sunt ad deliramẽta. Perlabor per medi labor. Relabor rursus labor. Aug. li. viij. cõ. Nec relabebar tñ in pristina. Sublabor: latenter: aut quasi labor. Virg. lib. j. ge. Sic oĩa fatis in peius ruere ac retro sublapsa referri Et hęc habent penultimam produ.

Lapsus. us. ruina. Transfert quoq; adeo q̃nimia ifirmitate vl ipruidentia deliquerunt. Itẽ lapsus serpentiũ, pgressus dicit Virg. At gemini lapsu delubra ad sũma dracones effugiunt Et lapsus currus vocatur. Idem pedibusq; rotaruq; subiici unt lapsus. Lapsus. a. um. participium est.

Lapso. idẽ qõ lapsus, p ruina. Amb. Pierico figura istius mũdi in quã de paradiso hoc est hierusalem illa celesti eiectus adam pro lapsione przuaricationis descendit.

Lapso. as. frequẽtatiuũ. Aug. li. iiij. cõ. Uidisti de lõginquo lapsantem in rubrico et in multo fumo scintillantẽ fidẽ meam.

Labile: quod facile labitur.

Labes ruina seu dedec' a lapsu. Uir. Dic mihi pma mali labes Quãq; dr macla q̃ casu subito lenia fecit. Tractũ ab oleo alio liquore cp in vestẽ lapsa eã sedet. Trãsfert in hoies vitupera tiõe dignos. Oui. Lata q̃ sit virę labe nouerca tuę. Li. lib. iij. offi. Hunc tu quas scientię labes in aĩo censes habuisse: q̃ vulnera: Huius diminutiuum est labecula.

Labefacio rumpo destruo. Terẽ. in adel. Oẽs dentes labefecit mihi przterea colaphis tuber est totum caput.

Labefacto. as. frequẽtatiuũ. Col. lib. ij. Igit in ope boues arcte iuncos hẽre uenit quo speciosius igrediant sublimes et alis capitib' ac minus colla eor labefactẽt. Li. i Cato. Qõ si legere vl audire velletis externas maxias resp. ab adolescentibus labefactatas: a senibus sustentatas et restitutas repietis

Labicanũ. dr villa labicana. Sic ager labican' dr q̃ ẽ i italia Hic ppli labici dicti sũt de qb' Uir. li. vij. Et picti scuta labici. Li ui. li. ij. Labicos pedũ vi cepit. Glauc' minois fili' labic' dict' ẽ a scuto militari qõ oñdit in italia ἀπὸ τῆς λαβῆς quaz latine ansam vocamus et manubriũ. a Suetonio in Cęsare: dictũ est absolute in labicano: sicuti i fozmiano in tusculono

Labia et labra, p eodẽ accipiunt. Persi. Nec fonte labra, prius ca ballino. Ter. i eu. Labijs demissis. Hic labeones et labrones q̃ labra maiora hũt. Accipiũt iterdũ p marginib' et extremis oris fluminis lacus fontis et hmõi: q̃ leni aq̃ motu pluuntur. Hinc labra oris vuarũ et aliarũ rez extremitates vocamus. Piero. in exo. Faciesq; illi labrũ aureũ per circuitũ. Est et labrũ seu labiũ genus vasi qõ vulgo Linaciolum dicimus ad lauandũ aptũ quasi lauabrũ. Li. Terẽtię. Labrũ si in balneo nõ est: fac vt sit. Virg. Sicut aquę tremulũ labris vbi lumẽ ahenis sole repercussum aut radiantis imaginę lunę. Pier. in exo. Facies et labiũ eneũ cũ basi sua ad lauandũ. Hinc labra seu labia vinaria lupinaria et olearia dicunt in qbus lupini condunt: et in quę vina in lacu: oleum in coztina transferuntur. Cato. Oleũ in labrũ primũ idito. Przterea labra plagarum vulnerũ fistularũq; extremitates appellantur. A labrum in primo significato fit sublabro de quo infra.

Labellũ diminutiuũ a labro. Ply. Lineremq; in labellis aqua addita confricant manu: et considere patiuntur.

Labiolum cũ accentu in antepe. diminutiuum est a labium.

Labeo. nomẽ iurisconsulti a labioz magnitudine sic dict'. Quicũq; ẽt magna labia hũt labeones et labrones cognominant

Labrusca genus vitis agrestis quę erratica dicitur cp in terrę marginibus et sepibus nascatur.

Labina. pe, p. lubrici dr. Pier. ad amicũ egrotũ. Sicuti aliquẽ securis icessibus gradientẽ repẽtuno casu: aut marmoris le-

uitas aut labina patiminti subuersa pedũ tutela storsit. Est etiã hoc noie vicus inter Cremonã et Ueronam duabus clarissimis romanoz notus: qui antea bebryacus dicebatur.

Labyrinth' p. y. et p th. Nã grece λαβύρινθος dr locus viarũ ambagib' iflexus. Fuerũt aũt ẽttuoz labyrinthi in. uij. mũdi prib' in egypto primũ i heliopoli. vñ exẽplar sũpsit ei' quẽ i creta fecit dedalus. Tertio in Leno. Quartus in italia quẽ sibi extruxit porsena rex etrurię sepulchri cã. Formosioz creticus pplexis parietibus: vbi minotaurus inclusus fuit. Fuit structura p magna sui parte subterranea ambagibus adeo implexa vt nemo qui intrasset posse inde exire diceretur.

Lac succus maternus quo animalia nutriuntur: dictum a lacẽdo. q̃ ad motis mãmis infantes allicũtur. Uirg. Et lac subducitur agnis: vel quia γάλακ grece.

Lactes pli tñ numero. gñe fe. fm probũ. Prisc. vo hęc lactis declinat. Titi. In ferentina craticula cerebellum lactis agnina. Sũt ãt lactes graciliora intestina q̃ tria sũt tenue ieiumũ pilurus q̃ innoluunt mesenterio: vt a spinę tactu duro munito res magisq; septos reddat. Dictę lactes aut pp mollitiẽ: aut pp candoẽ pinguedinis. Nã a lacte denoiant. Probus. Lactes sũt loca in laterib' sub vmbilico pubetenus adeo delicata: vt plagã ferre nõ possint. Ply. vt sentire lactes tñ in oubus et boibus eẽ. Sic enĩ li. xv. scribit. Ab hoc ventriculo lactes i oue et boie p qs labit cib' Sũt ẽt q̃ dicãt eẽ mẽbranas q̃ et omẽta qbus coberene iter se itestina. Et bi moti sunt pp pinguedinẽ cũ omentũ nõ sine pinguedine fit. Ply. li. xi. Ventriculi atq; itestina pingui atq; tenui omento integunt. Quidã, p itestinis pinguib' accipiũt. vñ Persi. Emeris auriculas pulmone et lactib' vnctis. Plau. in Cur. accepisse vt, p itestinis graciliozibus per quę labit cibus cp cibum alliciant. Ita tibi inquit vacuitate venio laxis lactibus.

Lactiaci sũt q̃ circa vmbilicũ calce pcussi sũt: qz ea pars delicata et mollis est: aut qz intestina circa vmbilicũ esse noscuntur.

Lactarius. a. um. qõ ex lacte est confectũ: vulgo lacticinũ dr: vt opus lactariũ. Quãq; lactariũ dr qõ ex se lac pducit. Ply. Lithymallũ et herbã lactariã vocãt: alij lactucam capznam. Uar. Dandũ bubus lupinũ et lactarijs medica et cytisum.

Lactarius. rii. q̃ cibos ex lacte ofício. Spartianus in heliogabalo. Dulciarios et lactarios tales habuit: vt q̃cunq; coq̃ de diuersis edulijs exhibuissent: vel structores vl pomarij illi modo de dulcibus modo de lactarijs exhiberent.

Lacteus. a. um. qõ ex lacte est: qñq; candidum suauem succulẽtumq; significat: vt colla lactea. Et lacteus qui lacte alitur.

Lacticinia. cibi ex lacte facti.

Lacti phagi q̃dã scythię ppli qui et Galactophagi dñr.

Lacteo es. lac fugo. qõ ppzie filioz est. Piero. in Deutero. Iuuenem fil' ac virginẽ lactentẽ cũ boie sene. Hinc lacteſco. is.

Lactescere ẽ in lac uerti: seu lacte ipleri. Li. li. iij. de nã. Oisere cib' matrũ lactescẽ icipit. Ply. li. xi. Asinę pgnates otinuo lactescũt. Virg. li. j. ge. frumẽta lactẽtia dixit. i. lacte plena.

Lacto. as. lac pbeo. qõ propzie matrũ est: per translationẽ significat aliquem per blandicias allicio atq; decipio. Ter. in an. Nisi me lactasses amantem et falsa spe producens. Hinc ablacto quod est a lacte remoueo.

Lactuca a lactis copia dicta est: q̃ abundantia lactis eruberet. Ply. li. xix. Quę miconis vocat a copia sopziferi: q̃q; oẽs somnũ parere credant apud antiquos italię hoc solũ genus chaz fuit: et iõ lactucę nomẽ adeptę. Lactucaz plura sũt gña Sũt enim lactucę cecilię: cappadoces: thateſiacę: paphia siue cypria: et sessilis. Lactucaz crispas cappadocas vocant. Sessiles quę lacte per terram diffundũtur.

Lactucula quãuis videatur diminutiuuz a lactuca: tamen alia est herba habens lac.

Lactucinij. sũt cognomia romanoz pcerũ: a lactucis deducta.

Lacio. is. lacui et lexi fm Prisc. Lacitũ et lectũ figt in fraudẽ ducoa lar qua fraus dr. Huius cõposita sũt. Allicio. delicio. elicio. illicio. oblicio. pellicio. ex qbus fiũt frequẽtatiua: allecto. delecto. electo. illecto. oblecto. pellecto. Et primitiua qdẽ hñt duo pterita et duo supina quẽadmodum lacio q̃us nõnulli

ab elicio elicui solū velint formatū esse. Nam electo as.a supino electū q̄ ab elexi formaf cū alias a p̄terito elicui fiat supinū elicitū a quo elicito.as. Plau.in afi. Ibi aduersum at q̄ electabo quicq̄d illud sit. Terē.in phor. Is senem per epistolas pellexit modo non montē auri pollicens. Liu.in laudatia. De illo asiatico ornatu fluens pellicuit.

Lacer ꝛ lacer⁹a.um.pe.cor.dilaniat⁹. Lacer a veterib⁹ dicebaf q̄ aurib⁹ curtatus erat ilacerū q̄dcūq; corpore iminutum.

Lacero.as.dilanio. sepius vulnero ꝛ q̄si p mēbra discido. Tracta a lanijs q̄ discindēdo corpora dilaniāt. Uir. Quid miser ego mea laceras: Huius vbi cōposita sūt. Delacero. q̄ ē deorsū lacero. Plau.i cap. Qui me meaq; rem q̄ in te vno fuit tuis scelestis fallacijs fallacijs delacerauisti. Dilacero varie lacero. Lac.li.i. In q̄bus ipse postea dilaceratus ꝛ captus est.

Lacerna. virilis vestis fimbriata ꝛ fere militaris quę greccę chlamis noīaf. dicta q̄ capitio minor fit a lacerādo. Lacerū enim dicimus quicq̄d corpore iminutū est. Nec vtrinq; indui poterat ꝛ ex vtraq; parte reici. Iuue. Crispinus tyrias humero reuocāte lacernas. Erant apud veteres lacernę albę quibus vtebantur in spectaculis: erant coccinię erāt militares. Et a lacerna fit lacernatus: sicut a tunica tunicatus.

Lacęna etiam genus vestimenti.

Lacerta serpētis gīs cuius duo sūt gīa. Altera ē maior ꝛ lacerta viridis dr. Altera minor: hāc zygnida q̄dā: alij calciden vocāt. Invtroq; gīe mas. lacert⁹ dr: dictus q̄ pedes bēat ad filitudinē nostror lacertor. Virg. Nunc virides etiaz occultāt spineta lacertos. Ply. lib. viij. Lacerbi arabię cubitales.

Lacert⁹ serpētis gīs: de quo mō. Itē gīs piscis idoneus ad salsamēta. de quo Mar. Lū saxetani ponit tibi cauda lacerti. Erunose brachiū dr a cubito ad manus vertebra. Ouid.li. j.me. Laudat digitosq; manusq; brachiaq; ꝛ nudos media plus parte lacertos. Et q̄n lacerti musculosi sūt ꝛ compacti pulpasq; habent duras ex se lacertus formauit a iectuum. Lacertosus.a.um. pro torosо rubusto acyalido. Col. lib. vij. Feminibus lacertosis: cruribus compactis. i. dura carne et torosa neruorumq; collecta catenis.

Lacedęmon. cum diph. in pen. Iouis filius. a quo hęc lacedęmon vel lacedęmonia fm latinos peloponēsi vrbs Menelai regia: cuius ciues lacedęmones ꝛ lacedęmonij dicuntur. Uege. lib. iij. Athenienses ꝛ lacedęmones ac macedonas rerum potitos. Virg. lib. vij. At non sic phrygius penetret lacedęmona pastor. Nec alio nomine spara dicta est.

Laconia. puincia in peloponeso q̄ ꝛ Oebalia ꝛ lacedęmonia ab aliq̄bus dr. Dinc lacon. mas. gīis. ꝛ lacęna fęmi. Nec inuenik lacenus p laconico: habet q; lacęna diph. in pen. Virg. Nec tibi tyndaridis facies inuisa lacęnę. Sta. lib. vj. the. Tandez inseratus mida de plebe laconum. Dinc ꝛ laconicus. a.um. vt ager laconicus. Silr laconus. a.um. Virg. lib. iiij. Virgunibus bacchata lacęnis. Pausonias aūt li. ij. στασιν δὲ συγγαθηρ τοῦ ευρώπου ενθεν ονομα ωλεωσε λαων ναπου αμυκλας δὲ ην υιος του λακεδαιμονος γενομενων δὲ αμυκλαται δωνυσικλεος μεν νεοτατον τον τοῦ εἰδος καλλιστον.

Laconicū. substantiuū ponik p loco orbiculari ambitu in se recuruo in balneis in q̄bus sudor elicik sicco calore: vt docet Celsus li. ij. ꝛ Uitr. li. v. Scipit laconicū sudatiōesq; iungi debere repidario. Est enī fornacula ex terra ꝛ tegulis māmatis addito tormēto ꝛcinnata q̄ iclusо igne p spiracula parua calefit per pręfurniū. Hāc sub noīe hypocausti multi signauere. Nā hypocaustū vaporariū interpretamur. Frequentabatur laconicū a crudis vt per desudationē extruderetur q̄cq̄d excremētitij ꝛ sudorifici humoris. Unde col. in plogo. Mor deinde vt apti veniamus ad ganeas quotidianā cruditatem laconicis excoquimus ꝛ exuto sudore sitim q̄rimus Dictū laconicū q̄ eo lacones peculiariter vterentur.

Lacon. onis. pe. p. q̄ ex laconia est. Hręce λακων. Quo noīe ēt significatur celer. Et lacęna fęminini generis.

Lacrdes. pen. cor. phs cyrenęus qui athenas pfectus nouę academię princeps extitit. Arcesilęq; successor appellatus est Oeconomicus q̄ rei familiaris curā magnā habebat.

Lacesso is. lacessiui: ꝛ lacessi p syncopen: ꝛ lacessisse p lacessiuisse: ꝛ lacesserūt p lacessiuerūt. Li. Nos ego sermones q̄ ꝛ multi sūt ꝛ tuā existimationē vt sentio nō offendūt: lacessiui vnq̄. Lac. li. v. Omitto eos q̄ priorib⁹ eam tēporibus ne q̄cq̄ lacesserūt. Sigt āt lacessere lacerare: siue ad lacerādū ire. Sal. Pridie legiōes ī mōte positas lacessiuit. Hīatim tñ puocare ad q̄cq̄ faciendū vel ad irā vel ad certamen sigt: vt sit cū q̄s laceraf pulsatur vel tangitur: siue īpellitur scripto voce verbo facto. Lice. Lomisi. Sic igitur facies: meq; amabis ꝛ scripto aliquo lacesse. Ego enī rīdere facilius possem q̄, puocare. Virg. Efficiam postbac ne quē q̄ voce lacessas. Sal. Postremo dissimulandi cā: ꝛ sine expurgandi sicut turgio lassitus forzet in senatum venit. Col. lib. ij. Nunq̄ stimulo lacessat iuuencū: quē reste tractū calcitrosum etiam reddit.

Lachanum. penultima correpta. dictio greca λαχανον. qua omne genus oleris comprehenditur. Hora. ad pozri et ceris refero lacaniq; catinum.

Lacanopoles. penultima producta. holerum venditor. Lachanopolion. locus vbi venduntur holera.

Laganū vo p.g. aliud sigt. Sūt enī lagana vt inqt Acron q̄dam q̄si mēbranulę ea farina ꝛ aqua quę iure pingui cocte ꝛ caseo pipere croco cynnamomoq; ꝛ dite in cibis dantur.

Lachesis pe. cor. vna ex parcis est q̄ de nobis sortitur. Nam sortiens latine interpretari pōt. De hac in dictione Atropos dictum est. Michalus aūt grāmaticus λαχεσις δὲ λεγεται απο του λαγχανειν φυεται γαρ ανηρ συμποκληρωενχερσιν πραξομενων.

Lacinię sūt in vestimēto partes extremę ꝛ cesurę particulatim dicte decoris cā vulgo frappe dīr. Uñ laciniata vestis: ꝛ ad uerbiū lacinatim q̄ significat particulatim ꝛ per flexuras. Apul. Nō laciniatim dispersо: sed cuneatim stipato cuneatu difficultates illas trās abiremus. Col. lib. viij. iubet pecus egrotū distribui in lacinias. i. in particulas separari vt facilius conualescant. Nam discreta aīalia ꝛ in partes diuisa in lacinias segregata dicuntur. Item lacinia genus fungorum qui sub rusi circa castanearum radices erumpunt.

Laciniosus. a.um. accipik p fluctuoso sinuosoq; Hier. ad Theophilū. Laciniosus ō nos sermo, ptractus est. Ab eodē dispu tatio laciniosa dr pro tortuosa ꝛ iplicata ab Apulеo. Conualis laciniosa ꝛ alexandria fuit laciniosa anguloso procursu.

Lacinium: promontorium italię inter adriaticuz ꝛ ionium a quodam latrone ibi ab Hercule interempto qui lacinius vocabatur quia boues fuerat prędatus.

Lachryma a greco q̄ illi δακρυον vocant. d. in. l. mutata. sicut r. l. in. d. mutaf vt Medius fidius. i. p Iouis filiū: ꝛ meditor pro melitor. Sūt tñ qui negent hoc nomen greccū esse sed latinum tñ: vt sint lacrimę dictę quasi lacerimę: q̄n ex animi laceratione lacrimę citantur. Usus tamen obtinuit: vt cum h. scribatur. Cuius diminutiuum est lachrymula. Teren. in eu. Una me hercle falsa lachrymula.

Lachrymabile dignū lachrymis: cuius ō nō est illachrymabile.

Lachrymo. lachrymas effūdo. q̄ ꝛ dvites ēt āsserf. Lac. Laudice desecto lachrymat sua gaudia palmes. Hui⁹ cōposita sūt Collachrymo. Ter. i an. Tristis interim nōnunq̄ collachrymabat. Delachrymo deorsum lachrymo. Col. li. v. Ut in terrā poti⁹ deuera q̄ ī germie delachrymet. Illachrymo: valde lachrymo. Uir. li. i. ge. Et mestū illachrymat tēplis ebur. Sup lachrymo. Col. li. v. Optimū ē igif medio fere iternodio subfidiariū tōdere palmitē deuerā q; resectionē facere post gēmā ne suplachrymet ꝛ germinantē cęcet oculū. Est ꝛ lachrymor deponēs: significationis actiuę. Hier. Mihi narrare ante pręsepiū vbi plurimū lachrymata es non debueras.

Lacus. scdę ꝛ ārtę declinationis. Locus pfundus cū aquis perpetuis ibidē natis qui efficit riuos ꝛ flumina. Stagnū tēporalem ibi aquā stagnantē hz quę plerunq; hyeme colligi solet estate ficcari. Item lacus dr locus qui tinet mustū pręlo ex vinaceis expręssum ꝛ transmittit vt in dolia condaf. Nā pręlum propie trabs est qua calcantur uuę. Col. Anteq̄ plo

vinaceo subijciant de lacu q̄ recentissimū addito mustu in amphorā nouam: eāq̄ oblinto ꝛ iplicato diligenter. Oui. j. fas. Premia de lacubus prima musta tuis. Ply. Ipse vindemias colligo si tñ colligere est nōnunq̄ decerpere vuā torcularium inuisere gustare de lacu mustū grece λακκος latine lacus. Uñ leneus bacchus ꝛ lenobates vuę calcator. Itē lacus in ędificijs plana trabs vel tabulatū quo rector ac camerarū superiora ornant. Lucil. Resultantq̄ ędesq̄ lacusq̄. Silr lacus carcer. Pier. in ge. Innocens in lacum missus sum. A lacus fit diminutiuum lacusculus. Col. Oportet habere lacusculos tam multos q̄ postulabit modus.

Lacuna. pe. p. a lacu fit ꝛ est aquę collectio quā alij lamā: alij lustram nōiant. Uirg. li. j. ge. Pręsertim incertis si mēsibus annis abundās exit ꝛ obducto late tenet oīa limo. vñ cauę tepido sudāt humorę lacunę. Ubi Ser. Lacunę sūt fosse in qb⁹ collecta aqua stare ꝛsueuit. Lacuna ēt ꝺr fossa ad siccandos agros parata. Idē ꝛ rotę solidā in glacię vertere lacunę. Itē vallecula superiorīs labi per silitudinē lacuna vocatur a lacuantio. Huius diminutiuum est lacunula.

Lacunar. pe. p. diminutiuū a lacus: ꝛ accipitur pro trabe. Sue. in nero. Lacunaria quę noctu sup dormientē laxata machina deciderent parauit. Hoc etiā laquear ꝛ laquęarū per antistichon. Uirg. Dependēt lychni laquearibus aureis.

Ladon. fluuius arcadię: de quo Ouid. lib. j. me. Donec arenosi placidum ladonis ad amnē venerat Aphithonius in rhetoricis δλαφνης δε θυγατερα φησι του λαδωνος ποταμου και καλλιςηνοτι.

Ladanum est quoddam pingue ladę herbę insidens. Hęc autē herba nascitur in cypro.

Lędo. is. si. sum. cū. ę. diph. significat ꝺtumelia afficio. sumptum a grecis qui lędoriam ꝺtumeliam vocant: sed per oe. Transfertur tñ ad omne genus offensionis. Et ꝺstruitur modo cū accusatiuo. Uirgi. Ab te ne frigora ledant. Mō cum datiuo Terē. ille clemens placidus nulli lędere: arridere omnibus. Huius composita sunt. Allido. Collido. Elido. Illido. Oblido. quę habent pe. pro. de quibus locis suis.

Laertes. nomen patris ulyssis. Sed tamen laertius non autem laertes. ę. possęz multos auctores citare: sed sufficiat Sophocles in tragędia illa quę mastigaphoros ꝺscribitur. ἀει μεν ωναι λαερτίου λεόλορκασε πειραντιν εχθρων αρπασαι θηρωμενον.

Laerte. es. nomen ꝺbis cilicię.

Laertius nomen hꝺstorici qui de phꝺs vita scripsit.

Lęmargia cū accētu ī pē. a nris ęliuuies ꝺr. Lęmarg⁹ gulosus.

Lęna. vestis lanea: vt Uarro ait habitus duplicis ꝛ auguralis amictus quę super cętera vestimenta imponebat. Non ius docet esse vestem militarem. Uirg. Tyrioq̄ ardebat murice lęna. Hręci clęnam dicunt vbi. ch. abijcitur.

Lętus hō: qui hilaritatē quā intus habet etiam vultu ostendit a latitudine mentis vt quidā putant. Nam qui gaudiū aspectu, pmunt dilatare quodā modo faciem ꝺdētur. Uirg. Imperio lęti parent: Lętas ouęs dicimus quę bona sunt corporis habitudine atq̄ pinguedine. Inanimata vō lęta dicunt quę aspectu homines lętificant vel quę pinguia sunt. Uirg. Quid faciat lętas segetes: Et lętum legumen: ideſt fertile. Idem. Unde prius lętum siliqua quassante legumen. Lęta vero prata: lęta domus quę lętos nos faciunt. Lętum fine diph. significat mortem.

Lętor. gaudeo delectationē capio: ꝫ extrinsecus cū gaudere sit intrinsecus: q̄uis sępe ꝺfundant. Terē. in beau. Ego nō tam meapte cā lętor q̄ illius quā ego scio bonore quouis dignā. Constituitur mō cū ablatiuo mō cum gentiuo. Uirg. lib. xj. Nec veterum memini lętorue malorū. Mō cum datiuo: vt mihi gaudeo: tibi lętor. Modo absolute. Amb. Fides ꝺnica lętabatur. Hinc fit compositum collętor simul lętor.

Leto. as. lętum facio. Actius. Et te vt triplici lętarem bono. Est ꝛ lęto. as. fine. b. in alio significato.

Lętifico. as. lętū facio. Plau. Ita meū cor ℏ anus lętificauit mō

Lętisco. is. lętus fio. Sisen li. iij. Utrū ne dij cultu erga se mortalium lętiscant: an supernę gentes humana negligant.

Lętitia est exultatio animi gaudio efferuentiore propter eventum rerum expetitarum. Li. Lętitia opinio recens boni pręsentis in quo efferri rectum videatur.

Lętitudo idē quod lętitia. Actius. Quanta in venando affectus est lętitudine.

Lętabilis. idem quod lętus a quo illętabilis nō lętus tristis.

Lętamē: fimus q̄ p agros iacit. q̄ lętas. i. pingues segetes facit

Lęuis ꝛ hoc lęue cū diph. figit qō tactu asperū nō est idq̄ auctores dicūt ꝺoffensū lubricū ꝛ tenex: vt sūt oua volucrū. Persi. Troſulus exultat tibi p subsellia lęuis. Pier. in ge. Nosti q̄ Esau hō pilosus sit ꝛ ego lęnis. Lęnis fine diph. aliud figt.

Lęuitas ē aspitati ꝺria. Mar. Lunarē circulū ingressa vgo conspicat globosum q̄dā tenerūq̄ corpus e superni errorīs lęuitate cōpactū ĩstar speculi pnitentis. Apul. de Socratis demonio lęuorē siue lęuitatem cū dixisset adiecit lubricam.

Lęuor idē qō lęuitas hoc est cōplanatio ꝛ terſitudo. Ply. Spectantur in chartis tenuitas densitas candor: lęuor.

Lęuigo. a. pe. cor. cōplano polio quasi lęuę ago. Ply. Sunt quidam in eo genere molliores qui ꝛ cōte lęuigant. Idem li. xiij. Scabricia charta lęuigatur dente.

Lęuo. as. idem quod lęuigo. Sta. lib. j. tbe. Pars teretes lęuare manu ac disponere mensas.

Lagari versus dicūtur qui medio claudicant pede sicut Myrrim qui postremo ꝛ accipbali qui a brevi syllaba incipiunt.

Lageos vua quę ꝛ lęporaria dicitur. Uirg. lib. j. geor. Et passo pstia vtilior tenuisq̄ lageos.

Lagois pe. pro. genus auis quę lęporinas habet carnes. Nam λαγος apud grecos lepus est. Est ꝛ genus piscis. Poza. in Ser. Nec scarus aut poterit peregrina iuuare.

Lagotrophia: lęporaria loca ī qb⁹ lępores alunt: vt ē apō Col.

Lagęna. cū. oe. diph. gñs vasis testacei non tā ad aquā q̄ ad vinū ꝛ alios vsus accōmodatū. Pier. in li. R. Ali⁹ portās lagenā vini. Col. Ois spurcitia cū spumis eximat q̄ decocta cum iā crassa fuerit q̄ detrutū refrigeret ꝛ bñ picatis lagenis cōdat. Et li. iudicū. Leperūt bucinis clangere ꝛ cōplodere iter se lagenas. Fiebāt lagenę ope figulina vt ostēdit Esaias cāpit. Et cōminuunt sicut ꝺterit lagena figuli ꝺtritione pualida: ꝛ inuenietur de fragmentis. Ut ista in qua portet ignicu lus de incendio: aut hauriantur parum aquę de fouea.

Lagunicula diminutiuum partia lagena. Piero. in Esaia. Decē iugera vinearum facient lagunculam vnā qui a triginta modij sementis facient modios tres.

Lagophthalmos ꝺr in oculis cū superior palpebra nō descēdet Cui vitio contrarium est. Ectropiū cum inferior palpebra parum sursum attollitur: nec cū superiore cōmittit. Dictum a lepozibus quę apertis oculis dormire consueuerunt.

Lagonomponos iliox dolor: q̄ sane alius est quā laterū boc est pleuritis. Ilia enim greci vocant λαγονας κενεονας.

Lais. idis. nomē ppriū famosissimę meretricis q̄ a scriptoribus corinthia dicta ē: qz corinthi habitant. Ad quā pp pulchritudinē ditiores hoies ex oi ḡcia ueniebāt: nec q̄spiā admittebat nisi q̄ dabat qō poposcerat. Oui. Multa lais amata viri.

Laicus. a. um. pe. cor. qō cōe est ꝛ nō sanctū. Piero. li. R. Nō habeo laicos panes ad manū sed tñ panem sanctum.

Lallare q̄dā dicūt eē more ifantiū blādius culis vocib⁹ loq̄. Alij lallare, ppzie ꝺñr ifantes q̄ irati matrū māmas suggē renuit

Lamę. rupium fracturę.

Latmius. mons ionię notus fama. Endymionis a quo ꝛ ipse Endymion latmius est dictus. Ouid. lib. iij. de arte. Latmius endymion non est tibi luna rubori.

Lamię. mulieres q̄ strigū ĩstar ifantiū sanguinē suggūt: siue ipę strigis. Poz. Neu pzāsę lamię puerx vinū ēbat aluo. Apul. li. j. de asi. At ille oloze spurcissimi humoris pessis quo me lamię ille ifecer āt aspernat. Itē lamię dicebant nobili familia ortę. Erat enim rome quędā familia nobilis helioza Lamo antiphatis patre ꝛ Lestrygonū rege q̄ fozmijs regnauit ortū bñs: a quo lamiacus. a. um. vt bellum lamiacū: vt apud Piero. lib. ō Joui. vñ ꝛ lamię cognomen nobilibus indītē

quod vulgo lamiũ genus vocabaf. Hor. Veli vetuſto nobilis ab lamo. Iuue. Hoc nocuit lamiarũ cęde: lamia ẽt iſignis meretricis nomẽ fuit. Et lamia aĩal eſt faciem ptendens mulieb̃em ab inferiori parte pedes equinos. Uñ apud Viere. ppham. Sed ⁊ lamię nudauerũt mãmas: lactauerunt catulos ſuos. Et in Eſaia. Ibi cubauit lamia ⁊ iuenit ſibi requiẽ.

Lamina pe.cor. Uide in dictione bractea.

Lambrus. fluuius in ciſalpina gallia: quẽ padus defert in mare adriaticũ: vt ait Ply. A quo lambrani dicti ſũt eius accolę Sue. in ceſa. Per lambranos ⁊ tranſpadanos duxit.

Lăbo.is. lăbi. lăbitũ fin. Priſ. Lucil. li. xiij. Jocũda ſcz puer qui lamberat ore placẽtas. Vier. ꝓteritũ lăbui poſuit li. Judicuꝫ. Inter cẽtis viris q̃ lambuerũt aq̃s liberabo vos. Eſt ãt lambere lingere hoc ẽ ligua aliq̃d ſuauiter tãgere canes bibẽtes Vier. ad Julianũ. Diuitẽ purpuratũ gebẽne flãma ſuſcepit: lazarus paup ⁊ plenus vlceribꝰ cuiꝰ carnes putridas lăbebãt canes. i. lingebãt. Idẽ li. Judi. Qui manu ⁊ lingua lăbuerint aq̃s ſicut ſolẽt canes lăbere ſeperabis eos ſeorſum. i. bibere. Uirg. ꝓ tangere poſuit. lib. iij. Attollitq̃ globos flãmaruꝫ et ſydera lambit. Interdum ſumitur ꝓ leniter fluere. Hora. lib. j. car. Uel quę loca fabuloſus lambit idaſpes.

Lamentor voce q̃rula triſticq̃ oꝛone damnũ ac dolorem teſtor. Ter. in an. Quę tũ mihi lamentari ꝑter cęteras viſa eſt. Idẽ in phor. Mõ vidi quandã virginẽ huic vicinię miſerã ſuã matrẽ lamẽtari moꝛtuã. Li. li. tuſ. ꝓ lamentatõe dignũ aliq̃d mõſtrare poſuit cũ inq̃t. Nã hęc quidã vita moꝛs eſt quã lamentari poſſem ſi liberet. Eſt ⁊ lamento as. Vier. in Eſdra. Et qui pręſidebant cũ vꝛoribus lamentabãt eũ. Vnc lamẽtatio quę en vt Li. lib. iiij. tuſ. ęgritudo cum heiulatu.

Lamentabile quod eſt dignum multa lamentatiõe. Uirg. Troianas vt opes ⁊ lamentabile dignum.

Lampas greca dictio ẽ cuiꝰ actũm, ptulit. Uirg. Princeps ardẽtẽ iecit lãpada turnus. Ab hoc actũ formaf noiatiuus lampada. e. Vier. in ezech. Quaſi aſpectus lampadaꝝ. Eſt autem lampas ignis aut ſolis ſplẽdoꝛ λαμπω ſplẽdeo. Frequenter tñ ſumitur ꝓ inſtꝛo in quo ignis in oleo lucet.

Lampſacus. pe.cor. nomẽ vꝛbis in littoꝛe belleſpõti in oꝛa aſiatica. Dic lãpſacenꝰ a. um. Uñ caron hiſtoꝛicus ⁊ adimãtbus ⁊ anaximenes ⁊ metrodoꝛ epicurij ſodalis lãpſaceni fuere. ipm ẽt epicurũ lampſacenũ dicũt diu lampſaci verſatum.

Lana q̃ de ouibus dedicif: ŏꝛ ⁊ lanitiũ: vt inq̃t Ser. ſicut fuga ⁊ effugiũ. Uirg. lib. iij. Sit tibi lanitiũ curę ꝓmũ aſpera ſylua Vnc langus. a. um. qŏ ex lana eſt: vt pannus langus.

Lanarius qui lanam curat. Plau. in aul. Stat fullo: phrygio. aurifex lanarius.

Lanificus. qui lanę artẽ exercet: ⁊ lanificiũ: lanę opificium.

Lanaris ⁊ hoc lanare. quod habet lanam. Uar. lib. ij. de re ruſ. Nos qui pecus paſcimus lanare.

Lano. as. itus lanã ponã: ſeu lanã habeo. Unde lanatus. a. um. Col. li. vii. Cãnabiniſq̃ funibꝰ coꝛnua iuuencoꝝ ligato: ſ̃ laquei q̃bus cõplurãq̃ lanatis pellibus inuoluti ſint ne tenera frõte ſub coꝛnua ledãf. Idẽ li. viii. Jõ niſi lanatas oues emi non oꝛ. Et lanatus dictus fuit capitolinus magiſter equitũ Silꝰ lanatę vuę aĩę dictę ſunt qŏ caneſcunt lanugine.

Lanerum veſtimenti genus ex lana ſucida confectum.

Lanugo. pe. ꝓ. tenera pilatio a lanę ſilitudine q̃lis ĩ adoleſcẽtiũ genis ⁊ in pomis q̃buſdã cernif. Col. li. iiij. Lanatam quoq̃ amineã q̃dã maxime, pbant q̃ hoc vocabulũ non iõ vſurpat q̃ ſola ex oĩbus amneis verũ q̃ ꝓcipuę caneſcit lanugine

Lanoculus qui lana tegit oculi vitium.

Lanius ſeu lanio. q̃ carnes in carnario vendit ppꝛ̃o a laniandis pecoꝛibus q̃ eas ꝛcitat lanietq̃. Pla. in cap. Diij immoꝛtales vt ego collos ptruncabo tergoꝛibus: quãta pnis peſtis veneꝛ: quãta labes larido: quãta ſumini ab ſumendo: quãto calo calamitas: quanta laniis laſſitudo quanta poꝛcinariis.

Lanium carnarium. hoc eſt locus vbi carnes venduntur.

Laniena. officina in qua fiunt ac vendũtur carnes ⁊ vulgo macellum dicitur. Plau. Per myꝛopolia ⁊ lanienas circũq̃ argentarias rogitando ſum raucus factus. Accipitur etiam laniena ꝓ ipſa laceratione a laniando.

Lanionius. a. um. qŏ ad lanũ ſpectat. Unde lanionię menſę: in quibus ſcinditur caro. Sue. in Clau. Carnificem ſtatim acciri cum machęra menſaq̃ lanionia flagitauit.

Lanio. as. ſcindo. Uirg. li. iij. ge. Jpſiq̃ ſuos iã moꝛte ſub ęgra diſciſſos nudis laniabãt dẽtibus artus. Per trãſlationẽ ſumiſ ꝓ infamo. Vier. in ꝓlogo Eſdrę. Quid interpꝛętem laniant. Duius compoſitũ eſt. Dilanio ꝓ diſcindo.

Laniſtę dicti ſũt q̃ laniãdis ꝑſunt gladiatoꝛibꝰ. Di familias domi ad gladiaturã exercẽdã hẽbãt inſtitueret ⁊ moꝛ parare: vendẽ ſolebãt munerariis. Iuue. Dic plaudat nitidi ꝓconis filiꝰ iter pinnirapi cultos iuuenes iuueniſq̃ laniſtę. Dic laniſtę auiũ dicti ſũt a col. q̃ aues certaminibus pꝛeparabant.

Lancera a latitudine ferri dicta eſt: vel quia gręce dicitur ηλογχη του λογχης teli genus longiſſimum: Diſpanica dictio non latina vt Hel. teſtatur. Hanc olim luculli lucilleam appellarunt. Duius diminutiuum eſt lanceola cum accentu in antepe. Viero. lib. iij. Ꝛ. Prophę lucoꝛum incidebant ſe lanceolis donec ſanguine perfunderentur.

Lanceatus. a. um. qŏ eſt lãcea armatũ. Vier. lib. ij. Ꝛ. Si q̃s tangere eas voluerit armabiſ ferro ⁊ ligno lãceato. Lãceati ẽt diſi qui ictu lanceę necanf. Jul. Firmicus. Quicũq̃ habuerint hoꝛoſcopum in. xj. parte tauri lanceati moꝛientur.

Lancearius qui lanceam gerit: gręce loncophoꝛus.

Lancino. as. pe.coꝛ. ferio lacero. Ply. Eſt ⁊ volucra canibꝰ peculiare malũ aures maxie lancinãs quę defendi nõ queunt.

Lances: vaſa lata ⁊ rotũda minus excauata q̃s patinę ⁊ rebꝰ diuinis apta vt docet auſo. illo vſu. Turibula ⁊ patere q̃ tertia vaſa deũ lanx. Iuue. ſumpſit, p vaſe eſcario in quo caro tam toſta q̃s elixa ꝛditur męſeq̃ infertur. Aſpice q̃s magno diſtẽdat pectoꝛe lancẽ. Hoꝛ. in ſer. J ligna nutritus glandẽ rotundas: curuat aper lances. Et lances ſtateras dici nemo ignoꝛat. Unde bilances dictę ſunt quę duas lances habent.

Langoꝛ ꝓpie eſt defectio viriũ ⁊ ſucci nãlis. Dinc languere dicunf herbę quę incipiũt areſcere. Sed ad aĩum: qñq̃ tranſfertur ⁊ ꝓ debilitate defectũ toꝛpere inertiaq̃ vſurpari ſolet. Li. li. j. of. Nihil aũt magis cauendũ eſt ſenectuti q̃s ne lãgoꝛi ſe defidięq̃ dedat. Plau. in aſi. ꝓ laſſitudine poſuit cũ ait. Ubi ſępe a languoꝛem tua duritia dederis octo validos lictoꝛes vlneis affectos lentis virgis.

Langueo. es. gui. deficio. ifirmus ſum diſſoluoꝛ. Vier. aĩaduertimus pariter oĩa verba illius aiq̃ languẽtis eẽ medicinam. Uirg. li. ix. Purpureus veluti cũ flos ſucciſus aratro lãgueſcit moꝛiẽs iterdũ lãguere ẽ timidũ eẽ. Sal. Quãto vos attẽtius ea agetis: tãto illius firmioꝛ erit aĩus. Si paulũ mõ vos languere viderint iã oẽs feroces aderũt: interdũ ocioſum eẽ Idẽ. Seq̃ſi pauci adiuuarẽt: lãguẽtibus aliis ĩcuriã ipetuꝫ facturũ. Duius vbi cõpoſita ſunt elangueo a quo elangueſco qŏ eſt valde ifirmus fio. Hel. lib. ij. Negociis ſe plerũq̃ ymbiaticis ⁊ variis quęſtibus intẽtos habẽt in q̃bus oĩs eoꝛuꝫ vigoꝛ aĩ coꝛpoꝛiſq̃ elangueſcit ⁊ qŏ Saluſtius ait effeminatur. Relanguo a quo relangueſco rurſus ad varitudinẽ redeo. Ouid. lib. vj. me. impoſito fratri moꝛibunda relanguit oꝛe. Claud. lib. j. languere ꝓ re miſſum eſſe poſuit. Uix ille pepercit: erubuitq̃ pręces animuſq̃ relanguit atroꝛ.

Langueſco inualidus tepidus ſeu ocioſus fio. Li. in Lato. Oraꝛ metuo ne langueſcat ſenectute.

Languidus. a. um. quod languet. Ouid. lib. v. faſ. Uiolas arere videres: filaq̃ purpurei languida facta croci.

Laodicea vꝛbs celeberrima ĩ aſia lyco fluminι ipoſita. Primo diоſpolis appellata deiũ Rhos. poſtea laodicea a lyco flumine. Uãc vꝛbẽ loci vtus ⁊ ciues q̃dã foꝛtunati valde magnificarũt. Primũ Vier. q̃ hereditatẽ ppꝛ̃o diuiſit ſupꝛa duo milia talẽtoꝝ: ⁊ ml'tis donis ciuitatẽ exoꝛnauit: poſtea zeno oraꝛtoꝛ ⁊ polemoꝛ filiꝰ q̃ ob res foꝛtiter geſtas ꝑus ab antonio poſtea ab auguſto ad regię dignitatis faſtigiũ eꝛectus eſt.

Laodomia cũ accentu in pe. nomẽ ꝓpꝛiũ a caſti filię ⁊ vꝛoris ptefilai de qua Viero. laodomia quoq̃ poetaꝝ oꝛe cantatur occiſo apud troiam ꝓtefilao noluiſſe ſuperuiuere. Fuit et

alia laodomia bellerophontis filia mater sarpedonis.

Laomedon.pe.co2.nomẽ ꝓpriũ ꝓris ꝑami troianę regis a quo ꝓnymicũ fozmaſ laomedontiades vbi addiť.a.vt in multis alijs ſicut Anchiſiades Telamoniades. Aliqñ ſubtrahiť ſyllaba vt athemidus ꝓo athemonides. Deucalides ꝓo deucalionides. Ab laomedũ fit poſſeſſiuũ laomedonteus.a.um.

Lapathos.pe.co2.ſeu lapathiũ:herba eſt. Col. Lubrica iã lapathos:tã ramni ſpõte vireſcũt. Ply.li.xx. Nec lapathiũ diſſimiles effectus hz ſui. λαπαθοσ ορυγμα εις θρεσσ ενε δραμ και λαχανοσ κενωτικώτ γαστρος.

Lapathes.pe.co2.gñis oleris a lapathio dictũ ſorte idẽ qõ lapathos. Ter. Sepe chelidoniã cũ ſucco lapathis addes. Dęc et lapa ỏz cuius tria ſũt gña. Nã qdaz ỏz Canaria q̃ eſt exigua canigus adherẽs. Altera maioz aliquãto eſt z philantropos appellaſ: q̃ veſtibus hoĩum adherẽs eos amare videatur. Eadẽ vocaſ apatine. Tertia appellaſ ꝓſonata z maxima eſt naſciturq; iuxta riuos z flumina. Hęc eã αρτιον vocant: folia hz ampliozа cucurbitis z ꝓp foliozum amplitudinẽ ea vtebantur veteres ad perſonatus faciendos.

Lapa.ę.vide in dictione lapathes.

Lapithę.pen.co2.ppli fuerunt quoz rex fuit perithous. Vi pindon z othryn theſſalię montes habitarunt z cũ centauris ꝓximis populis bella geſſerunt. Virg. Frena peletbonij lapithę gyroſq; dedere. A grecis ſcribitur λαπιται. Ideo lapithę non lapithę dici debent. Virg. lib.ij.geozgi. Et magno ileum lapithis cratere minantem.

Lapithos vrbs in cypro inſula.

Lapis.ꝓprię eſt quẽ greci λιθοσ vocãt z mitioz minoziq; ac tenacioz eſt: ſaxũ maius aſperius duriuſq;. Vñ gẽmę lapides nõ ſaxa dñr. Ply. Nuſq; hic vtilioz q̃ i italia gigniť lapiſq; nõ ſaxũ eſt. Idẽ. Eſt z viridis lapis vehemẽter igni reſiſtẽs ſz nuſq; copioſus z vbi inueniť lapis non ſaxum eſt. Et qñ apud veteres lapidibus milliaria ſignabanť. ponit quando q; lapis ꝓo milliario. Vñ legimus ad tertiũ ad quartũ lapidem. a lapis fit lapideus.a.um. qõ ex lapidibus materia conſtat. Lapidoſus.a.um. qõ lapidibus abundat.

Lapidarius.a.um. qõ ad lapides pertinet. Plau. in cap. Tindarus in latonias lapidarias ab egeone dãnatur.

Lapillus diminutiuũ paruus lapis. Et lapilli:lapides ꝑcioſi: vt ſũt gẽme margaritę. Curtius lapilli auribus pendent. Hoza. Nec magis huic intra niueos viridesq; lapillos.

Lapidicida.pe.ꝓo.dicitur ille qui lapides cędit.

Lapidicina.pe.ꝑ.loc⁹ vbi lapides excidunť latomię a grecis dictę. Vñ z carcerẽ latomias vocam⁹ ſiue q̃ dãnati ad lapides excidẽdos mittebãť ſiue q̃ ſinueſſani cãpanię ppli latomias babebãť inſtar carceris excauatas ex q̃bus exciſi lapides fuerant ad vbẽ extruendã: hiſq; ꝓo carcere vtebantur.

Lapido.as.pe.co2.lapidibus cędo. vñ ſcribit Macro. lapidatũ a pplo romano fuiſſe. Uatiniuz ſignificare volẽs lapidibus iactis fuiſſe impetitum. Transferť et ad inanimata z ſignificat percutio pulſoq; ſine lapidibus. Macro. Notantes eius impotentia has dicacitate lapidatã. Huius compoſita ſunt. Delapido qõ eſt lapidibus ſterno. Vñ delapidata loca quę lapidibus ſtrata ſũt. Dilapido diſperdo conſumo. Li. Octauio publicã dilapidabat pecuniã: ęrarium exhauriebat.

Lapio.is.iui.itum.durũ efficio z q̃ſi in lapidem conuerto. Pacu. Lapit co2 cura ęrumna: co2pus conficit.

Lapideſcere apud Ply. legitur ꝓo in lapidem conuerti: quod vel a lapido vel lapis fit.

Lapſana pe.co2.holus ſyluеſtre triũ foliozũ. vñ apud Ply. lib. xix. ſcribitur milites cęſari exprobraſſe q̃ lapſana virtiſſent apud Dyrrachium. Quidam accipiunt lapſanam ꝓo braſſica ſyluеſtri. Eſt enim braſſica alio nomine caulis.

Laqueus: vinculum. Unde dicimus laqueo vitam finiuit.

Laqueatus.a.um. qõ eſt laqueis irretitũ. Col. lib. vij. Ceterum co2pus laqueatũ z diſtentũ remonibus obligať imotiq; mentis arbitrio eſt expoſitũ: z laqueatuz dicitur connexum. Unde laqueata tecta. Li. lib.j. legum. Magnificas villas: et pauimenta marmozea: z laqueata tecta contemno.

Laqueare z per apocopen laquear: z laquariũ: ỏz camerа: hoc eſt pars ſuperioz cubiculi z cęnationis parum conuexa quę variis adoznari ſolet colozibus. Quidã etiam laquearia accipiunt ꝓo trabibus planis: quę z lacus z lacunar dicuntur.

Lar nympha fuit q̃ iunoni furta iouis cũ iuturna patefecit: quã Mercuri⁹ cõpręſſit: z ide geminos ſuſtulit q̃ a mire lares appellati ſũt. Sũt q̃ credãt lares genioſq; eoſdẽ eẽ exiſtimantes vnicuiq; duos eẽ: alterꝫ bonũ: alterꝫ malũ: vt ꝓpiani et duos angelos bonũ malũq; adeo i cuſtodiã datos dicũt ſz non natos nobiſcũ: vt illi de genio fiue lare dicũt. Colebãť domi focuſq; illis ſacer erat. Unde vulgus focũ foculare appellat q̃ſi laris focũ. Vi putati ſũt diĳ domeſtici q̃ ad vrbis cõmoda vigilare dñr iter cõpoſita. Oui. i faſ. Lucifero ſubeũte lares deluбra tulerũt. Ab aliq⁹ diĳ agroꝫ vocati ſũt. Tibul. Uos quoq; felices quõdã nũc paupis agri cuſtodes ferti munera vꝛa lares. Qñ ãt lares ſiue penates et puatoꝫ domib⁹ eſſe credebãť factũ ẽ vt vtrũq; vocabulũ, p ipſis domib⁹ vſurpet Mar. O mihi curaꝫ ꝓtiũ nõ vile meaꝫ flacce antenozi ſpes z alũne laris. Hoz. Qui patriũ numę donat fudũq; laremq;.

Lararii sacrariũ. domeſticũ in quo lares z diĳ peculiares adorabanť. Scribit Lampridius Alexandrum ſeuerum in larariozem duinam matutinis hozis factitaſſe ad effigies deoz in quibus habebat Habraamum z chriſtum. In ſecundo lario ſimulachrum habuit Uirgili z Ciceronis.

Laranda ciuitas lychaonię. vnde Ptolomęus. Municipiuz laranda in lychaonię parte antiochiana dicta collocat.

Lardũ dictũ: q̃ſi late aridũ. Vñ z laridũ lectum eſt. Ouid. lib. vj faſ. pinguia cur illis guſtanť larda kalendis. Eſt autem lardum caro ſuilla quo quomodo ſaluta. Unde Ply. dixit lardum pingue hoc vnctum quaſi z macrum dici poſſit.

Larius lacus comẽſis ab addua fluuio q̃ i illũ cadit augeť: q̃ fluuius poſtea i padũ nõ lõge a Cremona influit. Dict⁹ larius a fulicaꝫ multitudĩe. Gci enĩ λαρος fulicã vocãt auis ẽ nigra aq̃tica. Hic fit lari⁹ a.ũ. Latu. veronã veniat nomẽ reliquęs comi męnia lariũq; litt⁹ qõ tñ negat ſuidas ait. n. λαρος κεχηνος ετι τον αρπακτικον και κλεπτον ετι και ολαρος ορνεον εξ ινδ ορπακτικον και οδοληφαγον

Larodii ppli fuerunt in ſcythia aſię: vt lib. iiij. ſcribit Herodo.

Larix arboris genus. Luc. lib. ix. z larices fumoq; grauem ſerpentibus vrunt.

Larg⁹.a.um. qõ nõ ẽ ſtrictũ: z larg⁹ ỏz q̃ largiť. Li. li. vi. of. Omnia ſũt duo gña largoꝫ quoꝫ alteri pdigi: alteri liberales. Hinc large aduerbiũ liberaliť abũdanter. Hoz. li. car. Ligna ſuper foco large reponẽs. Df ẽt largiter q̃ntis non ita in vſu ſit.

Largioz.profuſe dono. Cuius compoſita ſunt Dilargioz varie largioz. Sal. lib. j. hiſto. Igitur venditis ꝓo ſcriptorum bonis aut dilargitis: elargioz valde largioz.

Largitas z largitio iter ſe differũt: q̃ largitas vt Agreti⁹ auctor ẽ humanitatis ſit largitio ambitiõis: ẽ enĩ largitas rõnabilis z definitus liberalitatis effect⁹ largitio exp̃ſa q̃ fit ad aucupandũ fauoꝛẽ in petitione magiſtratuũ: ponit tñ qñq; largitas p largitiõe. Ter. in adel. Quę iſthęc ſubita eſt largitas.

Lariſa nomẽ ẽ multaꝫ ciuitatũ. Una eſt in plaga theſſalica: a q̃ achilles Lariſeus dict⁹ ẽ. Alia penſilis in creta. Alia in peloponeſo arr argiuoꝫ. Alia i agro attico. Ad tralles et aſię eſt lariſa: vt Stra. ſcribit a q̃ lariſeus iuppiter dictus ẽ. Lariſa quoq; in italia quã vt Diod. li.j. ſcribit pelaſgi condidere.

Larus auis parua z nigra habitãs iuxta aquas: z tam in aqua q̃ in terra degit: vide in larius.

Laruę dici putanť a lare: hoc ẽ malo genio q̃ ſũt noxię inferoũ vmbrię. Vñ laruati dñr furioſi z mente moti q̃ſi a larius et territi quales ſũt quos vulgo demoniacos appellãt. Plau. Laruatus ędepol hoĩem miſerũ mẽdicũ q̃ritat. Vi ẽt ceriti dñr a Cerere: q̃ſi cereris ira aĩo vexati. Plau. Certe laruat⁹ aut ceritus. Larua ẽt perſona ỏz: z laruatũ perſonatuz. Hoz. in Ser. Nil illi larua aut tragicis opus eſt cothurnis.

Laſanum penul. co2re. vaſculum ad euacuandum ventrẽ. Hoz. Te pueri laſanum portantes ęnophoꝛumq;.

Laſciuus.pe.ꝓo.eſt tum in vita: tum in ſermone molliculus ac

plus teneri ꝙ robusti ac virilis habēs. Uir. Malo me gala
bea petit lascīua puella. Lascīuia mollicies petulātia neꝙtia
Lascīuio.is.figt qđ vernacula lingua dicim⁹ smozbezare. Col.
li.vii. Sacietate verni pabuli pecudes exhilaratę lascīuiunt.
Laserpitiuz. virgultū herbidū quod greci Silpion appellant:
ex cuius culmo exudāt succus rosidus quē vocant laser ma
gnificū in medicamentis. z in Cyrenaica puincia laudatissi
mū. Pinc a catullo dictū laserpiciferis iacet cyrenis. Caulem
laserpitij maguderim vocant qđ tenerius est z minus vehe
mens. Ā laserpitio. Lato formauit laserpitiatus. a. um.
Lassus per oupler. ss. dicit tam animo ꝙ corpore fatigatus. i. la
bore affectus: nomen est: nō pticipiū. Dinc lassitudo pro mo
lestia quā ex laboze susципimus. Sal. Non famē aut sitim ne
ꝙ frigus. neqz lassitudinem operiri.
Lasso. lassas. fatigo. a quo lassatus. Iuue. Et lassata viris nōdū
saciata recessit. Duius cōpositū ē delasso vehementer lasso.
Plau. in asi. Eum etiā hominem in senatu dare operam aut
clientibus ibi laboze delassatū noctem totam stertere.
Lasseo. es. lassui. sum. a quo lassesco. is. lassus fio.
Lateo es. latui in occulto sum. Et construit cū actō. Uirg. Nec
latuere doli fratrē iunonis z ire. Quandoqz cū oatiuo. Lu.
Tu mihi cā lates. Sed cū de loco dicit cōstruit cū ablō me
diāte prepositione: vt latet anguis in herba. Interdū latere
significat late patere. Uir. Et scuta latentia odūt. Duius ver
bi composita sūt deliteo de quo supza. Obliteo quod ē oīno
vel circunquaqz lateo. Sene. Qui velut timidum atqz iners
animal metu oblituit: ille sibi nō viuis: sed qđ est turpissimū
ventri sōno libidini. Dic oblitesco. Uar. Ne estu perrimosa
in rimis eius grana oblitescant z recipiant aquam.
Latito as. pe. coz. sepe aut fere semper lateo. Lac. li. iij. Latitan
tem atqz ignotā sibi veritatem disserendo eruere voluerunt
Lato tñ latitauerūt dixit pro frequenter tulerunt. Dic fit cō
po. illatito quod est intus latito.
Latebra e. pen. coz. z latebrę arum. loca vbi boues se occultant.
Lac. li. j. Ledēdū est bellis quoz tibi tuta latebra. Quintil. Et
ꝙis odio euersoris nostri euocatus z latebris suis popul⁹
subselia non impler. Dicit z de feris. Liu. lib. xlvi. Inter ve
pres z latebras ferarū noctē vnaz delituit. Ponit interdum
latebra pro excusatiōe. Ci. Uideāt ne quęratur latebra periu
rio. i. excusatio qua lateat. i. videatur periurium.
Latebrosus locus in quo frequentes latebrę sunt. Plau. Nam
huic etatinon conducit mulier latebrosus locus.
Latebro. as. abscondo: ꝙis non sit in vsu: a quo fit compositū
illatebro de quo supza.
